

habet, de luto facis, hebraicè de luto cani, id est, copioso. Quo sensu in Psalmorum titulis sæpè ponitur *canticum psalmi*, et *psalmus cantici*; quo, ut benè Genebrardus in titulo Psal. 107, præstantia talis psalmi significetur. Sic nunc *ira furoris*, iram indicat gravem (1).

VERS. 41. — (2) ET CADENS PRONUS IN TERRAM ADORAVIT TERTIO. *Adorare* non significat id quod Latini familiariter eo verbo significant, sed tantum reverentiam quam homines his præstare solent, in quibus aliquid excellere arbitrantur; quæ observantia plerumque fit inclinato corpore. Et idèo millies audis in Scripturâ aliquos in terram cadentes adorasse. Fecit hoc autem tertio David, quia multa habuit que in Jonathâ laudaret amaretque, seu dignitatis ornamenta, seu charitatis officia. Nam primum filius erat regis, quo nomine aliquod illi debebat et agnoscebat obsequium. Deinde vir erat qui licet à parente rege nihil accepisset, à se tamen ipso habebat multa, quæ ipsi apud omnes observantiam conciliarent et gratiam. Accedebat, quòd pro ipsius vitâ apud patrem toties laboraverat; et quòd eodem summo manè ad ipsum advolârit. Eas igitur ob res pronus in terram adoravit tertio, ut gratum se et observantem ostenderet. Nam licet amicitia pares faciat, quos impares invenit, tamen multa à Jonathâ beneficia acceperat, nulla retulerat; vel quia pro suâ tenuitate non poterat, vel quia nulla se catenâ obtulit occasio. Quare causas invenit vir beneficiorum non immemor, ut pronus se tertio in terram abjiceret, et largè de se meritum Jonatham adoraret.

(1) VERS. 37. — ECCE IBI EST SAGITTA PORRO ULTRA TE. Revocandum est in mentem signum, de quo inter ipsos convenerat, utrum Davidi figiendum esset: id enim indicandum fuerat verbis illis: *Sagitta ultra te sunt: vade in pace*. Cùm igitur venisset Jonathas ad agrum, ubi latebat David, emisit statim sagittam, admonuitque puerum, ut emissam quæreret; cùm autem puer non longè esset ab illâ, clamavit: *Sagitta ultra te est*; quo iudicio, juxta conditum à amico admonuit. Auctor Vulgatæ censuit, duo jacula emissa fuisse; at unum tantummodo agnoscent, vel saltem indefinitè loquuntur, alteram ab alterâ non distinguentes, Hebræus, Chaldæus et Septuaginta.

(2) DE LOCO QUI VEREBAT AD ASTRUM. Unum et eundem esse locum censuit Chaldæus ac illum, qui in Hebræo v. 19 *Ezel* appellatur. Reddit ille: *Surrexit de latere petra Ætha* (ipsa est *Ezel*) *que è regione austri*. Hebræus ad litteram: *Surrexit ex Ezel Austri*. Nomen quidem *Ezel* hic aliter scribitur, quàm in v. 19; sed discrimen est minimum; constat autem convenisse inter eos, ut David lateret in *Ezel*. (Calmet.)

ET OSCILLANTES SE ALIUTRUM, FLEVERUNT PATRITER; DAVID AUTEM ANPLIUS. *Osculum* superioribus seculis tum apud nationes alias, tum apud Hebræos maximè familiare fuit et primum benevolentie signum, quod libabant alterutrum amici, aut cùm se primum exciperent, aut cùm aliter distraheretur ab altero. Quare id fecerunt duo hi amici maximi, quod ferebat patria consuetudo: addiderunt autem lacrymas, quas non præscripsit consuetudo, sed expressit dolor. Cùm verò utrinque lacrymarum abundè profusum esset, abundantius tamen flevisse dicitur David, quia plures erant illi dolendi cause. Nam primum videbat, cum rege aequè potente ac furioso, et sui sanguinis sientissimo, futurum esse certamen, neque sibi tutum fore in Israeliticis finibus, qui Sauti parebant, commorari. Videbat sibi deserendam esse patriam atque cognatos, et ad externas regiones, ad quas non pertineret Sautis imperium, esse transmigrandum, à quibus etiam timere posset, cùm illas, aut illarum aliquas ducis non semel plagis confecisset. Timebat præterea, ne quid suâ causâ, licet nullâ suâ culpâ paterentur fratres et sorores, et pater Isai extremâ jam senectute confectus, cui sciebat, quidquid foret reliquum ætatis, non futurum à metu atque dolore vacuum. Videbat præterea viam illam, quam necessariò sibi suscipiendam putabat, eò tendere, ut quasi ab Israelitico genere separatus, cum gentibus viveret, et in specie vitam crederetur agere gentilicam. Hæc omnia religiosum virum et amatem patriæ sic afflicebant, ut non potuerit in ipso à patriâ et Jonathâ discessu continere lacrymas.

VERS. 42. — DIXIT ERGO JONATHAS AD DAVID: VADE IN PACE. Timebat Jonathas, ne exorto jam die, ab aliquo deprehenderetur David, qui de illius fugâ Sauti nuntiaret; atque idèo urget Davidem, ut statim ex eo loco ab omnium oculis aliquè se corripiat; precatus tamen illi pacem, id est, bonam fortunam et successum ex voto.

QUÆCUMQUE JURAVIMUS AMBO IN NOMINE DOMINI, etc. Petit Jonathas à Davide pacis ut meminerit, quod sempiternum jam ante esse voluerunt, tum inter se, dum viverent, tum inter ipsorum posteros; quod pactum juramento firmatum esse dicit. Hoc pactum initum esse puto in hoc capite, licet nulla in eo verba juratoria Davidis audiamus; sed est verisimile, in Jonathæ verba Davidem quoque jurasse; nempe jurasse, facturum se, quod in sum ge-

nus Jonathas à Davide fieri voluisset. Illud satis indicat, quod dicitur v. 16: *Pepigit ergo Jonathas fœdus cum domo David*. In fœdere autem utrinque promissum, utrinque juramentum præstatum.

Illud hic observandum, hanc clausulam imperfectam et suspensam videri. Quod idèo factum existimo, ut ostendatur, quàm fuerit in ipso discessu Jonathæ animus aegrè commotus, qui singultanti pectore non potuerit inchoatum absolvere sermonem. Quod in quocumque affectu, ubi paululum fuerit concitatus, non in profanis solum, sed etiam in sacris scriptoribus reperimus. Quare ad turbidos, seu aegros, aut subitos affectus exprimendos, inventa est à rhetoribus illa figura, quæ à Græcis ἀποσπασμός, à Latinis *reticentia* vocatur. Unde sæpè audimus: *Dii vestram fidem*, et similia. Est optimum exemplum apud Ovidium epist. 13, Lao-

CAPUT XXI.

1. Venit autem David in Nobæ ad Achimelech sacerdotem. Et obstupuit Achimelech eò quòd venisset David, et dixit ei: Quare tu solus, et nullus est tecum?

2. Et ait David ad Achimelech sacerdotem: Rex præcepit mihi sermonem et dixit: Nemo sciat rem propter quam misus es à me, et cujusmodi præcepta tibi dederim; nam et pueri condixi in illum et illum locum

3. Nunc ergo si quid habes ad manum, vel quinque panes, da mihi, aut quidquid inveneris.

4. Et respondens sacerdos ad David ait illi: Non habeo laicos panes ad manum, sed tantum panem sanctum; si mundi sunt pueri, maximè à mulieribus?

5. Et respondit David sacerdoti, et dixit ei: Equidem si de mulieribus agitur, continuus nos ab heri et nudis tertius, quando egrediebamur, et fuerunt vasa puerorum sancta. Porro via hæc polluta est, sed et ipsa hodiè sanctificabitur in vasis.

6. Dedit ergo ei sacerdos sanctificatum panem; neque enim erat ibi panis nisi tantum panes propositionis qui sublati fuerant à facie Domini ut ponerentur panes calidi.

damie, ubi cùm à Protesilai amplexu divelleretur, ait præ dolore non potuisse inchoatum orationem absolvere:

*Solor ab amplexu, Protesilae, tuo,
Linguaque mandatis verba imperfecta reliquit;
Vix illud potui dicere triste: Vale.*

Eodem modo discedens Jonathas imperfecta Davidi mandata dedit; quia vis illi doloris intercluso spiritu loquendi facultatem ademit. Hujusmodi sunt frequentes ille locutiones: *Si David mentiar; si introibunt in requiem meam; si dederò sonnam oculis meis*, et similia. His affine est in admiratione illud Psal. 22, v. 8: *Calix meus inebrians*: nam illud, quod sequitur, *quàm præclarus est*, non est in Hebræo; sed claritatis gratiâ additum est ab interprete. Tale est, quod Christus fletus Lucæ 19, v. 42, dixit de Jerusalem: *Si cognovisses et tu.*

CHAPITRE XXI.

1. Après cela David alla à Nobé, où était le tabernacle, vers le grand-prêtre Achimelech. Achimelech (nommé aussi Abiathar) fut surpris de sa venue, et lui dit: D'où vient que vous venez seul, et qu'il n'y a personne avec vous?

2. David lui répondit: Le roi m'a donné un ordre, et m'a dit: Que personne ne sache pourquoi je suis envoie, ni ce que je vous ai commandé. J'ai même donné rendez-vous à mes gens en tel et tel lieu.

3. Si donc vous avez quelque chose à manger, quand ce ne serait que cinq pains ou quoi que ce soit, donnez-le moi, car nous en avons grand besoin.

4. Le grand-prêtre lui répondit: Je n'ai point ici de pain pour le peuple; je n'ai que du pain qui est saint et réservé aux prêtres; cependant je vous en donnerai, pourvu que vos gens soient purs, particulièrement par rapport aux femmes.

5. David répondit au grand-prêtre, et lui dit: Pour ce qui regarde les femmes, depuis hier et avant-hier que nous sommes partis, nous ne nous en sommes point approchés, et nous étions tous aussi étiés purs. Il est vrai qu'il y est arrivé quelque impureté légale en chemin; mais ils en seront aujourd'hui purifiés avant qu'ils mangent les pains que vous nous donnerez.

6. Le grand-prêtre lui donna donc du pain sanctifié, car il n'y en avait point là d'autre que les pains de proposition qui avaient été ôtés de la présence du Seigneur, pour y mettre des pains chauds.

7. Erat autem ibi vir quidam de servis Saül, in die illa, intus in tabernaculo Domini; et nomen ejus Doeg Idumæus, potentissimus pastorum Saül.

8. Dixit autem David ad Achimelech: Si habes hic ad manum hastam aut gladium, quia gladium meum et arma mea non tuli mecum; sermo enim regis urgebat.

9. Et dixit sacerdos: Ecce hic gladius Goliath Philisthei, quem percussisti in valle Terebinthi, est involutus pallio post ephod; si istum vis tollere, tolle, neque enim hic est alius absque eo. Et ait David: Non est huic alter similis, da mihi eum.

10. Surrexit itaque David, et fugit in die illa à facie Saül. Et venit ad Achis regem Geth.

11. Dixeruntque servi Achis ad eum cum vidissent David: Numquid non iste est David rex terræ? nonne huic cantabant per choros, dicentes: Percussit Saül mille, et David decem millia?

12. Posuit autem David sermones istos in corde suo, et extimuit valde à facie Achis regis Geth.

13. Et immutavit os suum coram eis: et collabebatur inter manus eorum, et impingebat in ostia portæ, defluebantque salivæ ejus in barbam.

14. Et ait Achis ad servos suos: Vidistis hominem insanum, quare adduxistis eum ad me?

15. An desunt nobis furiosi, quod introduxistis istum ut fureret me præsentem? hicine ingreditur domum meam?

VERS. 1. — VENIT AUTEM DAVID IN NOBE (1) AD ACHIMELECH SACERDOTEM. CUM PRIMUM DAVID

(1) Nobe inter urbes sacerdotales non recensetur in Josue 21, nihilque tradit Scriptura de occasione quæ tabernaculum è Silo ad eam urbem translatum fuerat. Constat utique, arcam mansisse in Cariathiarim, et Nobe deinceps in sacerdotalem urbem transisse. Id enim docet caput proxime sequens v. 49: *Note autem civitatem sacerdotum percussit in ore gladii.*

7. Or, un certain homme des officiers de Saül se trouva alors au dedans du tabernaculo du Seigneur. C'était un Iduméen, nommé Doeg, et le plus puissant des bergers de Saül.

8. David dit encore à Achimelech: N'avez-vous point ici une lance ou une épée? car je n'ai ni armes ni épée avec moi, parce que l'ordre du roi pressait fort.

9. Le grand-prêtre lui répondit: Voilà l'épée de Goliath le Philistin, que vous avez tué dans la vallée du Térébinthe; consacrée au Seigneur, elle est enveloppée dans un drap derrière l'éphod; si vous la voulez, prenez-la, parce qu'il n'y en a point d'autre ici. David lui dit: Il n'y en a point qui vaille celle-là, donnez-la-moi.

10. David s'enfuit donc alors pour éviter la colère de Saül, et se réfugia vers Achis, roi de Geth, croyant qu'il y serait fort en sûreté.

11. Mais les officiers d'Achis, ayant vu David, dirent à Achis: N'est-ce pas là ce David qui est comme roi en son pays par le crédit qu'il s'y est acquis? N'est-ce pas pour lui qu'on a chanté dans les danses publiques: Saül en a tué mille, et David dix mille?

12. David recueillit ces paroles en son cœur, et il commença de craindre extrêmement Achis, roi de Geth.

13. C'est pourquoi il se contrefit le visage devant les Philistins: il se laissait tomber entre leurs mains, se heurtait contre les poteaux de la porte, et la salive lui coulait sur la barbe.

14. Achis dit donc à ses officiers: Vous voyez que cet homme était fou; pourquoi me l'avez-vous amené?

15. Est-ce que nous n'avons pas assez de fous, sans nous avoir amené celui-ci pour faire des folies en ma présence? Doit-on laisser entrer un tel homme dans ma maison?

COMMENTARIUM.

vid à Jonathâ descendit, solus, sine victu et gladio vivo instituit ad illum locum, ubi tunc erat Et post captivitatem Nobe una fuit ex urbibus Benjamin, quæ Levitis cesserunt.

AD ACHIMELECH SACERDOTEM. Abiathar appellatur apud Marcum 2, 26, et Achias superius 14, 5; denique Abimelech apud Septuaginta. Creditur autem duo gessisse nomina. Sanè in Paralipomenis recensentur nomina summorum sacerdotum sub Davide; ac illa modò scribuntur.

tabernaculum, et qui illi præerat Achimelech sacerdos, ut inde victum sumeret et gladium. Eo autem tempore tabernaculum erat in Nobe urbe sacerdotali, non procul à Gaba, unde profectus est David, ut Saülis declinaret fanaticum furorem. Quando verò è translatum fuerit tabernaculum, non constat; est tamen verisimile, non diù postquam capta fuit à Palastinis arca, vacuum jam ab arca tabernaculum mutasse antiquam sedem, et ex Silo, quæ erat in Ephraimitarum sorte, in Nobe, quæ ad Benjamin, seu Jude funiculum pertinebat, immigrasse. Quod neque diturnam ibi sedem habuit; nam non longè post hæc tempora erat in Gabaon, quando nimirum David numerato populo gravem in populum pestilentiam invehit. 1 Paralip. cap. 21, v. 29: *Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyses in deserto, et altare holocaustarum, è tempestate erat in excelso Gabaon.* Duravit autem usque ad tempora Salomonis, 2 Paralip. cap. 1, v. 5: *Abiit autem (Salomon) cum universâ multitudine in excelsum Gabaon, ubi erat tabernaculum fœderis Dei, quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine.* Ex eo autem loco à Salomone in templum translatum est, ut constat lib. 3 Reg. cap. 8, v. 4. Non disputo in presentia pluribus, an hoc sit tabernaculum illud, quod edificatum esse dicitur in civitate David lib. 2 Paralip. cap. 1, v. 4. Neque dubium esse potest, *Sadoe et Abiathar*, modò verò, *Sadoe et Achimelech*. Maluit alii, S. Marcum appellasse sacerdotem hunc ex nomine patris sui Abiatharum, quod scilicet Abiathari nomen esset Achimelecho celebrius, atque versaretur in Nobe, cum David eò pervenit. (Calmet.)

Après cela David alla à Nobe vers le grand-prêtre Achimelech. Le Fils de Dieu autorise lui-même cette action du grand-prêtre Achimelech, qu'il appelle Abiathar dans saint Marc, parce qu'il avait ces deux noms, comme il paraît par quelques autres endroits de l'Écriture; et il la rapporte en ces termes: *N'avez-vous point vu ce que fit David, lorsque lui et ceux qui l'accompagnaient, furent pressés de la faim? comme il entra dans la maison de Dieu, et mangea les pains qui y étaient exposés, qu'il n'était permis de manger ni à lui, ni à ceux qui étaient avec lui, mais aux prêtres seuls? Achimelech, par une prudence sacerdotale, connut qu'il ne fallait point s'attacher judicieusement à des observances légales, et que tout devait céder à la charité qui est la principale règle, comme Jésus-Christ lui-même le conclut de cet exemple: J'aime mieux, dit-il, la miséricorde que le sacrifice. Mais c'a toujours été le malheur de l'Eglise, d'avoir eu de faux frères qui ont exagéré les actions les plus saintes. Doeg accuse devant Saül ce que Jésus-Christ loue dans l'Évangile; et un scélérat ose condamner ce que la vérité même a autorisé. (Sacy.)*

test, hoc Davidicum tabernaculum diversum esse ab illo quod à Moysæ constructum est, quodque eo tempore erat in Gabaon, ut ex hoc ipso capite planè constat, in quo eodem tempore tabernaculum David in Jerusalem fuisse dicitur, et tabernaculum Moysis in Gabaon. Porrò ad tabernaculum, quod à Davide Jerosolymis constructum est, confugerunt Adonias, 5 Reg. cap. 1, et Joab cap. 2, quos ibi in regni sui exordio interfecit Salomon.

Ad hoc igitur tabernaculum Moysis, quod erat in Nobe, appulit David, quia rebus omnibus ad victum vitamque necessariis indigebat, et à nullo melius atque commodius, quàm à sacerdote sibi non inimico postulandum putabat. Erat autem Achimelech pronepos Heli, ex familia Itamar.

ET OBSTUPUIT ACHIMELECH, EO QUOD VENISSET DAVID; ET DIXIT EI: QUARE TU SOLUS? Miratus est sacerdos, quòd eò vir tantus appulisset, distractus à rege, cujus opera ipsi ac regno magnos afferebat usus, sine satellitio, aut ullo comitatu, qualis chiliarchum, aut regis generum decebat: non enim fieri posse videbatur, ut casus esse levit, aut vulgare negotium, quod tantam adduxisset subito rerum mutationem. Cujus interrogationi respondit David, datum esse sibi à rege negotium, quod neque moram pateretur, et oportere maxime omnibus esse celatum; neque se eò usque venisse solum, sed socios condicito certis quibusdam locis esse relictos, et omnes sic esse ab urbe raptim, festinatòque profectos, ut nihil ad viam necessariam attulerint. Quare magno sibi futurum esse beneficium, si aliquid sibi ac sociis alimenti portaret; vel saltem quoniam panes, quot in domo vel instructa mediocriter abesse non solent.

VERS. 2. — (1) IN ILLUM ET ILLUM LOCUM. Hebraice est: *Peleni almoni*; quod nihil significat.

(1) REX PRECEPIT. Per mendaciam hæc omnia asserbat David. Is erat David, qui et fallere et falli posset. Censuit facile, quod summis etiam aliis viris succurrat, fas esse vitam discrimine officio mendacio liberare. Verum quod reipsa malum esse, nullà rerum circumstantiâ licitum esse. (Calmet.)

Allegoricè Angelomus: « David, ait, ad Achimelech solus venit, et Christus in passione sua, solus relictus est. Quod autem ait David: *Illo et illo in loco condixi pueris et meis*, hoc indicat quod Dominus Apostolos suos ante passionem suam informans ait: *Postquam revertor, præcedam vos in Galilæam.* David ab Achimelech quinque panes quesivit, sed unum accepit, quia in quinque libris Moisaica legis unitas retinetur. (Corn. à Lap.)

cat certum, quod Latinus diceret, in certa quadam loca, quæ nôsse tuâ non interest, aut in talem et talem locum, aut in nescio quem locum: quæ voces accommodantur rebus et personis. Cùm de personis est sermo, Hispanus sic explicat, *fulano y zutano*. Eginus eâ de re latius ad illud Dan. 8, v. 15: *Et dixit unus sanctus alteri, nescio cui.*

VERB. 4.—NON HABEO LAICOS PANES AD MANUM, SED TANTUM PANEM SANGUINUM (1); SI MUNDI SUNT PUERI, MAXIME A MULIERIBUS? Optare se indicat sacerdos Davidi de victu atque viatico commodare; verùm nihil dicit sibi in presentia suppetere, præter panes propositionis, qui proximè, ut eorum loco recentes supponerentur, et calidi sublatis fuerant. Quos eâ lege daturum se dicit, si qui illos comesturi sunt, maxime à nocturno concubitu mundi sint, cùm ab immundis panes illi sacri, sicut neque alia, quæ Deo sacrificata sunt, sumi non possint. Sanè capitè præcedenti illam esse causam suspicabatur Saül, quomintus David ad epulum venisset, quod in calendis instruxerat, quia ille pollutus esset, aut alias ob causas, aut quod non abstinuerit ab uxorio congressu.

Sed est hoc difficile, quia Levit. cap. 24, v. 9, non licebat aliis vesci panibus illis, nisi qui essent de familiâ Aaron: *Eruntque Aaron et filiorum ejus, ut comedant eos in loco sancto, quia sanctum sacerdotum est de sacrificiis Domini jure perpetuo*. Et claritè id docuit Christus Matth. 12, v. 5: *Non legis quid fecerit David, quando esurivit, et qui cum eo erant? Quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis comedit, quos non licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus?* Disputant hæc Patres et interpretes ad hunc locum Matthæi et Marci 2, Lucæ 6. Et communiter dicunt, quod necessarium est, cùm id didicerint à Christo, propter necessitatem posse fieri multa quæ sine illâ non possent à culpâ liberari. Quomodò vesci cibus à lege prohibitis, si aliter tibi perendum est, aut grave aliquod detrimentum subeundum. Quare si nullus alius suppetat cibus à lege permissus, licebat sextis feriis carnis vesci, et hominem qui in te consilium mortis meditatur, occidere, si nulla alia se ostendat via, quæ capitis periculum effugias. Hanc Christus rationem reddidit, cur David.

(1) Hebræus ad litteram: *Non panis profanus sub manu meâ, quinimò panis sanctificatus*. Sermo est hic de panibus propositionis, die præcedenti e mensâ aurâ remotis; quibus vesci laicis nefas, sacerdotibus tantùm fas erat. (Calmet.)

cùm sacerdos non esset, et ejus socii sacerdotali vesci pane poterint, et sacerdoti panes qui de propositionis mensâ sublatis fuerant, esurienti porrigere licerint. Quod etiam facere potuisset, etiamsi immundi forent, urgente fame, seu vitæ periculo; quale tunc Davidi à Saüle paratum videbatur, nisi quantocius se ex illius regno et hominum conspectu subduceret. Ita communiter doctores. Vide Toletum in Lucam cap. 6, Salmeronem tomo 8, tract. 14. De hæc re latè Abulensis q. 8. Plura scholastici in materia de legibus.

Est præterea difficultas gravis, quia si textum capituli attentè consideres, non apparet Davidem in illâ fugâ habuisse socios, et multo minus illis datos esse sacros è propositione panes. At contrarium videtur omninò docuisse Christus Matth. 12, Marci 2, Lucæ 6, qui hæc Christi verba refert: *Non hoc legis, quod fecit David, cùm esurisset ipse, et qui cum illo erant? Quomodo intravit in domum Dei, et panes propositionis sumpsit, et manducavit, et dedit eis qui cum ipso erant, quos non licebat manducare, nisi tantùm sacerdotibus?* Varii hæc proponuntur dicendi modi.

Lyra putat Davidem non venisse solum, sed cum tribus quatuorve sociis, qui pro tanti viri dignitate, cùm chazaribus esset, et gener regis, exiguis videbatur. Idem tenent Dionysius et Hugo, imò et Athanasius Hom. de Semente, Abulensis q. 5. Pro quorum sententiâ est, quia juxta quotidiani sermonis usum, cùm pauci ex magno numero supersunt, omnes sublatis, aut non adfuisse dicuntur; aut quod idem est, superesse aut adfuisse nullum. Jejunum dicimus illum, qui modico cibo jejunium solvit; nudum, qui malè vestitus est. Cùm ergo David multorum ante cœtu stipatus incederet, solus vocari potuit, cùm duos tresve servulos secum adduxit. Sed sanè hanc sententiam Lyra multa convellit. Primum, quia David ad Jonathanæ consilium solus latuit, et magno artificio sibi cavet, ne ullus illius fugam intelligeret. Deinde, quia ex Nobe solus in terram Philistinorum ingressus est. Præterea, quia non est verisimile, si potestas esset adducendi servos, illos ita venturos ab alimento vacuos, ut illud pro se, ac servis David ab aliis emendicare cogeretur. Imò fuisset multò æquius, si non à Davide, cujus erat occultanda fuga, sed à servis quocunque modo panis quæreretur.

Alii credunt, neque comedisse ullos Davidis socios panem, imò neque ullos fuisse, qui co-

mederent, sed omninò Davidem venisse solum. Ita communiter Hebræi; neque id mirum, cùm illi neque Evangelium habeant, neque de illius fide ac sanctitate curent. Sed tenet ex junioribus Jansenius cap. 57 Concordiæ, neque displicet Salmeroni tomo 8 tract. 14. Neque putant hanc expositionem urgeri valde Christi testimonio. Id enim agebat Christus, ut discipulos, qui spicas in sabbato manu confricabant, à temerità sabbati religione defendere; quia fieri multa sanctè, premente necessitate, possunt, quæ absque illâ nefas esset tentare. Ad hoc autem parùm intererat, Davidem et socios comedisse sanctificatos panes, cùm satis esset illos esse petulos à Davide, et à summo sacerdote porrectos; quod neuter faceret, si in petitione, aut porrectione illum putarent intercedere potuisse flagitium. Et facit pro horum cogitatione, quod à quotidiano loquendi modo non abhorret, id dici fieri, quod fieri à consuetudine, seu religione permittitur; aut aliqua est, ut illud fieri possit, physica facultas. Quomodò diceret Carthusianus monachus: *Ego non comedo carnes*, quia nulla illi conceditur à lege, et voto carnes comedendi facultas. Et qui sic affectus est stomacho, ut illa edulorum genera fastidiat, hoc communiter modo stomachi sui infirmitate, et fastidium significat: *Ego hæc non comedo*. Sic sanè B. Virgo dixit, Lucæ cap. 1: *Ego virum non cognosco*, quia voto sibi cognoscendi viri facultatem ademerat. Sic ergo David manducasse dicitur, et dedisse eis qui secum erant, panes è sacrâ mensâ sublatis, quia et ipse comedere potuit, et sociis suis sine ullâ culpâ comedendos porrigere. Quo modo rex si facultatem habeat comedendi carnes in sextis feriis, quadragesimalibusve juniis, et illas etiam filiis aut aliis quos ad regiam mensam invitaverit, impertiendi, optimè de illo diceretur: *Rex carnes comedit, et suis filiis, aut imitatis porrigit*. Hæc ratio facit, ut hæc sententia sic explicata non omninò improbabilis videri debeat.

Veritatem dicendum esse puto, servos quoque Davidis panes comedisse; quod Christus indicat, aut potius aperit docet: et tamen neque cum Davide ingressos esse tabernaculum, neque socios illi fugæ fuisse; quod indicat, imò et fateri cogit caput istud. Quod comederint, docent omnes penè, quotquot in Matthæum et Evangelistas alios Commentarios ediderunt. Ita Hieronymus, et S. Thomas in Matth., Hilarius, Athanasius homil. de Se-

mente, Ambrosius, Toletus in Lucam, Maldonatus in Matthæum, et quotquot supra diximus sensisse, Davidem cum panis ingressum esse tabernaculum. Quod autem nemo cum Davide putant hanc expositionem urgeri valde Christi testimonio. Id enim agebat Christus, ut discipulos, qui spicas in sabbato manu confricabant, à temerità sabbati religione defendere; quia fieri multa sanctè, premente necessitate, possunt, quæ absque illâ nefas esset tentare. Ad hoc autem parùm intererat, Davidem et socios comedisse sanctificatos panes, cùm satis esset illos esse petulos à Davide, et à summo sacerdote porrectos; quod neuter faceret, si in petitione, aut porrectione illum putarent intercedere potuisse flagitium. Et facit pro horum cogitatione, quod à quotidiano loquendi modo non abhorret, id dici fieri, quod fieri à consuetudine, seu religione permittitur; aut aliqua est, ut illud fieri possit, physica facultas. Quomodò diceret Carthusianus monachus: *Ego non comedo carnes*, quia nulla illi conceditur à lege, et voto carnes comedendi facultas. Et qui sic affectus est stomacho, ut illa edulorum genera fastidiat, hoc communiter modo stomachi sui infirmitate, et fastidium significat: *Ego hæc non comedo*. Sic sanè B. Virgo dixit, Lucæ cap. 1: *Ego virum non cognosco*, quia voto sibi cognoscendi viri facultatem ademerat. Sic ergo David manducasse dicitur, et dedisse eis qui secum erant, panes è sacrâ mensâ sublatis, quia et ipse comedere potuit, et sociis suis sine ullâ culpâ comedendos porrigere. Quo modo rex si facultatem habeat comedendi carnes in sextis feriis, quadragesimalibusve juniis, et illas etiam filiis aut aliis quos ad regiam mensam invitaverit, impertiendi, optimè de illo diceretur: *Rex carnes comedit, et suis filiis, aut imitatis porrigit*. Hæc ratio facit, ut hæc sententia sic explicata non omninò improbabilis videri debeat.

Quomodò autem hæc duo, quæ non bene sibi coherere videntur, componi possint, explorandum est. Et primum placet, quod hoc loco meditatur Abulensis q. 5, nempe advocatos à Jonathan aliquos servos David, in quibus plus fidei et in dominum amoris invenisset, et ab eo edoctos fugisse Davidem, quò Satilis furorem declinaret, et quem in locum fugam atque periculum destinasset (neque enim credibile est id Jonathan à Davide fuisse celatum), ut eò profecti amici atque fideles servi, Davidi sedulam ac fidelem operam præstarent, curam, renique, ne aut in urbis, aut in solitudine ad vitam utcumque tolerantiam necessaria deessent. Cùm autem omnia istis rebus egredetur è tabernaculo David, missi invenit defessos fortasse, neque minus quam ipsorum dominus, fame laborantes; ut qui studio assequendi et comitandi domini sui nihil sibi alimenti paraverant. Illorum ergo famem sumptis è tabernaculo panibus levavit. Quod Christus ipse significasse videtur Lucæ cap. 6, dùm ait de Davide: *Panes propositionis sumpsit, et manducavit, et dedit eis qui cum ipso erant*. Hæc mihi videntur non difficilia, et satis consentanea et amori, quo servi prosequantur Davidem, et rerum angustiis, in quas illum potentissimi ac furiosissimi regis invidia compulerat.

At dices: Si servos secum habuit David, quomodò solus in terrâ Palestinorum inventus? Quomodò servulorum in illâ fugâ nullus auditus? Respondeo, non visum esse Davidi satis tutum, in hostili terrâ comitatum habere è peregrinâ gente, cùm eam ob causam, quod maxime studebat, latere non posset. Quare illos, unde egressi fuerant, redire jussit, ut apud Saulem suam, si opus esset, causam tuerentur, et quid rerum fieret, frequenter admonerent. Neque fortasse Jonathan Davidis servos subsecutos dominum curaret, si sciret illum apud hostem stansuise divertere. Tantùm enim fortasse noverat, velle Davidem adire tabernaculum, ut consuleret Dominum, et ab illo disceret, quid esset opus facto: de Palestinâ verò nihil fortasse cogitaret. Hoc modo conciliari posse videntur, quæ aliter

existimari possunt non satis aptè consentire. Sic ego conjectabam; si quis, quod non dubito, aliquid attulerit melius, gratus amplectar.

VERS. 5. — ET RESPONDIT DAVID SACERDOTI, ET DIXIT EI: EQUIDEM SI DE MULIERIBUS AGITER, CONTINGERET NOS AB HIERI ET NUDISTERTIUS, QUANDO EGREDIERAMUR, ET FUERINT VASA PEROREM SANCTA (1). Quæ de omnibus videtur affirmasse David, illa de se ipso asserere potuit quam verissimè. Ex quo enim egressus è Gabaâ, et statuit non jam amplius subeundum regis aspectum, abstinuit sese ab uxoris consuetudine; et ut vidimus, ad lapidem Ezel biduo ab omni consortio separatus delinuit; altero deinde, id est, tertio die, ut minimum, ad sacerdotem pervenit. Quare ex hac parte nulla fuerat contracta labe, quæ sacri panis esum impediret. Vasa autem sunt corpora, quæ sancta dicuntur ed sanctitatem, quam in comedentium membris sacrificia requirunt. Quidam ex Hebræis alia agnoscunt vasa, illa videlicet, quæ panes excipiunt è sacerdotis manu; quæ sunt canistra et phialæ; aut etiam vestes puræ et sine labe. Sed hæc meræ nugæ sunt, neque in illis confutandis aliquid nobis operæ aut pòndum, aut pendendum est.

PORRO VIA HÆC POLLUTA EST, SED ET IPSA HODIE SANCTIFICABITUR IN VASIS. Hæc verba obscura sunt, et quæ in varias explicationes abduxerunt interpretum ingenia. Hieronymus sic ex Hebræorum sententiâ, in eorum Traditionibus: Quod verò ait: *Porro via hæc polluta est*, et in Hebræo legitur: *Porro via hæc laica est*, sic est intelligendum: Via hæc laica est; ac si diceret, in lege præceptum est, ne extraneus comedat ex eis, et tu interrogas, utrum mundi sint pueri, qui etiam mundi essent, nequaquam eis vesci debent? Idcirco via hæc est laica, quia tu licetiter interrogas. Quod verò sequitur: *Sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis meis*, ipsa utique in vasis, id est, in mente sua sanctificari dicitur, quia necessitate corporis et periculo vitæ urgente, nequaquam vesceretur eis. Hæc Hieronymus ex Hebræis. Longè aliter Theodoretus: Cùm rogaret, inquit, sacerdos, an illo die

(1) Allegor. Idem Angelomus: *David, ait, per viam pollutam se venisse ad Achimelech professus est, quia et Christus Dominus inter imundas Judæorum actiones, impollutus pertransiit. Quod autem ait: Sed et ipsa hodie sanctificabitur in vasis meis, hoc indicabat, quod sancti Apostoli, qui domini vasa erant, à contagione Judæorum, sive purgante corda, sanctificabantur.*

(Corn. à Lap.

castus esset, dixit, tres dies fuisse castum. *Et adieci, propter viam propositam necessario erit particeps sacri alimentum, ut ab eo roboratus, quæ sunt ei proposita rectè gerat.* Abulensis q. 16: *Si quæris de immunditiâ, manifestum est, quod in istâ nos contraximus aliquas immunditias, sed sanctificabitur hodie in vasis nostris.* Id est, panis iste erit sanctus in vasis nostris, id est, in corporibus, quia non contrahet immunditiam propter nos, qui immundi sumus, quia necessitas excusabit nos ab omni immunditiâ, et ita esset, sicut si comederetur iste panis à mundis. Hæc sunt præcipue interpretum sententiæ. Ego quid hic aut probem, aut conjectem, paucis exponam.

Et primum observo viam apud Hebræos patere latissimè; modò enim vitæ rationem; aut in re gerendâ modum, aut circumstantiam significat; modò consuetudinem et opéra; denique idem pene quod res. Quare via pollutâ appellari potest ipse panis sacer, aut modus petendi, quod David est usus, aut interrogandi, quem sacerdos adhibuit; aut certe Davidis institutum militare; aut certè negotium, quod tum administrandum à Saule susceperat. Observo secundo, vas aliquando sumi pro corpore I ad Thessal. 4, v. 4: *Ut sciat unusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione et honore.*

Quod ad viam attinet, quomocumque accipias modo, explicatio adhiberi potest non difficilis. Si via sit panis ipse eo modo sacer, quia ante Deum aliquandiu propositus, sensus est: Panis iste sacer in hac necessitate, quam modò patior: et quia si aliquid intercedat morè, non leve imminet susceptæ protectionis periculum; perinde habendus est, atque si pollutus foret, et laicus, seu profanus panis. Solet etiam apud Hebræos nota omitti similitudinis, ut alibi à nobis sæpius observatum est. Sic igitur accipe: Panis iste, quia excipiendus est in vasis, id est, in corporibus famelicis, quasi profanus existimatur, neque in illis, etiam sanctus sit, ullo modo polluetur. Id enim valet: Sanctificabitur in vasis, ut dicemus postea.

Potest item via sumi pro petendi modo, quo usus est David, quia sic petit propositionis panes, quasi laici forent, aut profani; aut pro interrogazione sacerdotis, quæ scribè cupit, an mundi fuerint David et ejus socii, quasi à laicis etiam mundis comedi poterint. Tunc autem hic erit sensus: Hæc via pollutâ est, quia panes hosce sacros ita petit aut largitur

atque si laici forent; verumtamen in vasis nostris non polluetur.

Via etiam appellari potest, aut negotium, quod sibi à Saule mandatum simulatrat David; aut certè institutum militare, quod profitebatur: quoniam immunditiæ legali contrahendæ satis erat obnoxium. Quare dicit David, viam illam, nempe militarem, quæ sanguinem meditur et cadem, pollutam, id est, ejusmodi ut facile pollui possit; inò quæ rarò possit esse non polluta: verum eum esse statum urgente fame atque periculo, ut impolluta censi possit et sancta. Hæc explicatio jam olim mihi valde placuerat, et nunc omnium quas hucusque adduxi, maximè placet. Addam tamen extrenam, quæ alieni fortasse non displicebit, et in quâ minis mihi ipse displiceo.

Statuerat David non amplius sibi cum Israelitis esse vivendum, dum in vivis ageret Saül, à quo non sine causâ metuebat omnia, neque sperabat in ejus ditione aliquem fore locum vacuum à periculo. Quocirca proficebatur ad Palestinos, quibuscum quasi alienus ab Israelitico genere et professione viveret; cum tamen verus esset Israelita, et nemo illo melius atque constantius Israelitarum leges et sacra servaret, ait ergo David viam, quam ipse instituisset, de qua tamen nihil ad sacerdotem, esse pollutam, quia tendebat ad Palestinos, ubi ipse speciem præ se ferret, quasi ab Hebræis sacris esset alienus: externis autem non licebat oblati Deo vesci sacrificiis, quomodo supra ex Hebræorum traditione referre Hieronymus. Est ergo sensus: Via hæc polluta est, si speciem tantum externam consideres; tamen vasa sancta sunt, quia persona, quæ veram colit religionem, longè est, ut alienæ adhæreat disciplinæ; et alloqui is urget necessitatís articulus, ut à profano et laico sacer iste panis sumi possit.

SED ET IPSA HODIE SANCTIFICABITUR IN VASIS. Propriè panis, aut quicquid *vie* nomine significari diximus, non sanctificatur in vasis; id est, in comedentium stomachis, quia jam panis ex Dei conspectu, ante quam fuerat ante compositus, sanctitatem acceperat. Dicitur autem sanctificari, quia non polluitur, aut fit profanus, juxta Hebræorum consuetudinem, apud quos illud dicitur aliquid accipere, quod non amittit. Sic ille dicitur vivificatus à latrone vel hoste, qui ab illorum alterutro interficetus non est. Infra, cap. 27: *Virum et mulierem non vivificabat David*, id est, omnes occidebat.

Et 2 Reg. 8: *Mensus est David duos funiculos, unum ad occidentum, et unum ad vivificandum: id est, diffinivit David, quinam essent vel occidendi, vel servandi. Actor. cap. 7: Afflicti patres nostros, ut exponerent infantes suos, ne vivificarentur, id est, ne servarentur. Sic etiam sanctificari dicuntur in vasis panes illi sacri, qui ibi non amittunt, aut, quod idem est, non polluntur, quia fames et necessitas profanis alloqui vasis sanctitatem conciliat.*

Hic occurrit difficile dubium, in quo, qui Commentarios ediderunt in Marcum, non modicè laborant. Nam qui hoc loco vocatur Achimelec, Marci cap. 9, vocatur Abiathar. Sic enim sibi Christus: *Nunquam legis, quid fecerit David, quando necessitatem habuit, et cœnavit ipse, et qui cum eo erant, quomodo intravit in domum Dei sub Abiathar principe sacerdotum, et panes propositionis manducavit?* Varii sunt hujus nodi solvendi modi. Ille pluribus communiter probatur, qui mediatur patrem et filium, Achimelec videlicet et Abiathar, esse binomios; atque idè modò vocari *Abiathar*, ut Marci cap. 2, modò *Achimelec*, ut hoc loco. Ita tenent Jansenius, cap. 37 Concord.; Talletus in cap. 6 Lucae, not. 5; Salmeron tom. 8 Tract. 14. Quod ex eo fit verisimile; nam I Paralip. cap. 15, v. 11, David regnante, Sadoc et Abiathar dicuntur esse sacerdotes. Et cap. 18, v. 16, hoc idem dicitur de Sadoc et Achimelec. Item 2 Reg. cap. 8, v. 17, ubi Achimelec dicitur esse filius Abiathar. Sicut etiam I Reg. cap. 25, v. 20, Abiathar filius esse dicitur Achimelec. Multos autem in Scripturâ sacrâ fuisse binomios, res est satis nota. Et qui Achimelec pater vocatus dicitur *Abiathar*, idem etiam cap. sequenti v. 9, filius vocatur *Achitob*.

VERS. 6. — DEDIT ERGO ET SACERDOS SANCTIFICATUM PANEM (1). Cùm dõsset sacerdos in eo articulo sanctificatos panes à laicis sumi posse,

(1) *Le grand-prêtre donna à David du pain sanctifié. Les saints ont remarqué que lorsque David a mangé ainsi avec ses gens du pain sacré qui avait été exposé devant Dieu, quoiqu'il ne fût que laïque, il a été la figure du Sauveur, qui devait former sur la terre une nation sainte, parce que les moindres de ses membres étant devenus enfans de Dieu par une renaissance divine, ont part dans un sens à la dignité sacerdotale, comme parlent les saints, qu'ils demeurent toujours au rang des laïques. Car ils se nourrissent du même pain dont les prêtres se nourrissent, avec cette différence, néanmoins, qu'il n'y a que ceux qui ont reçu ce caractère divin du sacerdoce de Jésus-Christ, qui puissent consacrer ce pain adorable, et le dispenser aux fideles après l'avoir offert à Dieu sur l'autel comme un sacrifice*

dedit illi, neque invitus neque diti moratus. Qui sint panes propositionis, quâ religione sacri, quo pondere ac mole, habes Levit. c. 24, v. 45, et apud Josephum lib. 3 Antiq. c. 40. Neque enim mihi otium est, aut necessitas de hoc sacrificio plura disputandi. Tantùm dico, duodecim esse panes, juxta numerum filiorum Israel, habereque singulos duas decimas ephi, quæ est decima pars cori: cùm autem corus triginta capiat modios, fit, ut benè libera computat, ut singuli panes pondus habeant ferme librarum octo. Hi porrò panes cùm in mensâ proponerentur die sabbati, eodem die post dies septem tollebantur, et in usum cedebant sacerdotum, et eorum loco alii succedebant recentis et calidi.

VERS. 7. — ERAT AUTEM IBI VIR QUIDAM DE SERVIS SAUL IN DIE ILLE INTUS IN TABERNACULO DOMINI, ET NOMEN EJUS DOEG IDEMUS. Licet omne studium atque artificium adhibuerit David, ne cui consilium suum et fugam proderet, evitare tamen non potuit, quominus Doeg quidam Idumæus, qui Saülis regi operam navabat pastoritiam, quique pastorum omnium præfectus erat et princeps, et illum videret, et quid tunc rerum fieret, observaret. Erat autem intra tabernaculum, sive ut solveret votum pro salute, aut secundo aliquo rerum eventu ante conceptum, quod putant Hebræi, ut docet in eorum Traditionibus Hieronymus, et Petrus Comestor; sive, ut volunt alii cum Theodoro q. 55, quia vexabatur à demone, aut tenebatur aliquo morbo, propter quod assiduus erat in tabernaculo. De hoc Doeg multa fabulantur Hebræi. Primum, hujus consilio adductum esse Davidem à pascuis, et inductum in aulam, ut à furioso rege, quem haberet familiarem et proximum, occideretur. Quà de re nos supra cap. 16, ad illud: *Ece vidi filium Isai*. Deinde dicunt, ut refert item Hieronymus ex Hebræorum Traditionibus, hunc Doeg fuisse illum Saülis armigerum, qui noluit esse regi suo superstes, atque ideò exemplum domini secutus, in suum gladium moribundus incubuit. Sed hoc æquè atque illud fabulosum est.

Dicunt præterea Hebræi, ex quibus sine dubio sumpsit pseudo-Philo in Antiquitatibus Biblicis, sacerdotes, qui tunc morabantur in Nohe civitate sacerdotali, vitam tunc egisse longè à sacerdotum moribus alienam, qui neque pudori parcerent, neque illam suæ d'agrèable odeur, qui est la vérité dont ces pains que l'on exposait alors dans le temple étaient la figure. (Sacy.)

dignitatis ac nominis rationem haberent, neque aliter viverent, quàm olim filii Ilii: et ideò illos à Saüle jubente, et à Doeg delatore et vindice, fuisse sublato, et hoc Deo jubente. Sed ista mera sunt Hebræorum somnia.

VERS. 8. — QUIA GLADIUM MEUM, ET ARMA MEA NON TULI MEcum. Ex quo David fuit ab uxore per fenestram emissus, quo tempore, quia periculum urgebat, neque cum gladio commodè exilire poterat, gladium secum afferre non potuit; quia ex eo tempore tantum fuit cum Samuele, et pacifico prophetantium choro; neque deinde ullum habuit, à quo ferrum acciperet. Cùm verò parum se tutum fore existimaret, si inermis incederet, gladium sibi, aut hastam à sacerdote præberi voluit. Cùmque nullum sacerdos gladium haberet præter illum, quem David ipse non multo ante in tabernaculo posuerat, ut extaret ibi tante victoriae illustre monumentum, illum Davidi tradidit, quem ille lubens et gratus accepit, quia ad obvios quosque casus erat opportunus, et qui Davidis lacertis tanquam habile instrumentum versari posset. Ex quo duo observo: alterum est robusto atque procero corpore fuisse Davidem, cui neque intallis neque inhabilis fuit gladius ille, quem giganteæ mollis Goliath ante gestaverat. Neque Saül, qui ab humero et sursum supra reliquos extabat, sua illi tradidisset arma, nisi corpore esset etiam procero, cui illa convenienter incidere. Unde etiam colligo, ætate magis esse provectum, quàm magni etiam interpretes communiter accipiunt. Quà de re nos pluribus supra cap. 15, ubi de Saülis regno et Davidis ætate satis multa produximus. Sanè Ambrosius lib. 1 Offic. cap. 15, Jonathan ætate minorem dicit esse Davide, qui tamen, antequàm David cum gigante confligeret, jam erat chiliarchus, et multa pro seipsum præclarè gesserat, quæ nonnisi à robusta et confirmatâ ætate sperari poterant. Sic autem ibi Ambrosius: « David, cùm esset prudentior, Jonathanæ tamen juvenioris consiliis acquiescebat. »

Alterum est, non perire nobis, quæ Deo dicata sunt, sed tunc nobis à Deo sive reservari, sive restitui, quando majori, imò et necessario nobis usui futura sunt. Habuit David, utpote præclarus dux, et multorum militum præfectus, armorum domi plus fortassè satis, quæ ex inimicorum acie sæpè concisa referre potuit; sed in gravi hac necessitate nullum illi præbuerunt usum: imò illa Saulem inimicum armârunt, et illos, quos rex ille inimicus et

barbarus secum tulit, cùm ad necem Davidem tam ardentem expeteret. Plus Davidi attulit gladius dicatus Deo, quàm si ille cum aliis domi aut in armentario profano ad bellicos usus servaretur; imò quàm arma ælia, quæ ipse aut ab aliis acceperat oblata, aut magno sibi studio laboreque quæsierat. Inermis enim incederet in solitudine, ubi et leones occurrerent et ursi; homines item adversarii, qui nihil sunt æoniis atque ursis mitiores, nisi Deus oblatum sibi gladium in angusto illo rerum articulo reddidisset.

Dubitant hic aliqui, an gladius ille dicatus Deo fuerit in tabernaculo, vel tantum ibi ad tempus repositus, ut inde, cùm usus aut necessitas posceret, repeteretur. Athanasius, in custodiam dicit datum Achimelec: idem putat hic Lyra; quia si consecratus esset Domino, non posset ad profanos usus postea converti. Cujus rationem optimè confutat Abulensis q. 21. Et quidem magis erant sacri panes propositionis, quorum usum lex, ubi sublatis fuissent de mensâ, tantum permisit sacerdotibus: at in necessitate porrecti sunt Davidi; quod neque alienum à religione putavit sacerdos, et probavit Christus legis illius interpres optimus et auctor. Quod nemo in lege novâ condemnare, quando in gravi necessitate conflare possunt sacra vasa, et ad pauperum levandam inopiam religiosè conferri. Est eâ de re pulcher locus apud Ambrosium lib. 2 de Officiis cap. 28, qui citatur q. 12, cap. 2, *Aurum*, ubi docet, in gravi aliquâ necessitate, ubi pauperum salus aut vita laborat, licere vasa etiam iniuncta conflare, confringere, vendere. Qualis sine dubio fuit Davidis, cùm nullum haberet locum ab hoste, seu à periculo vacuum. Idem statuit Justinianus l. *Sanctimus*, 17 c. de Sacrosanctâ Eccles.

NON EST HUIC ALTER SIMILIS. Placet quod Abulensis putat, gladium Goliath ita probari Davidi, ut si multi essent alii, illum præferret omnibus. Ex quo antea colligebam, quantum inesset Davidi proceritatis et roboris (1).

(1) ECCE HIC GLADIUS GOLIATH EST INVOLUTUS PALLIO POST EPHOD. David consecraverat Ephod hoc monumento demonstraret. Usus autem in templo inferendi capta ex hostibus arma, apud paganos æquè et apud Hebræos vetustissimus est. Interrogatus Spartianus quidam, cur id pariter apud suos, quemadmodum apud ceteras gentes, non obtineret, respondit, spolia hæc esse hominum ignavorum, nec diis grata, nec juvenibus admonitioni ad virtutem bellicam futura. Epaminondas Thebanorum imperator deponi jussit è parietibus tem-

VER. 10. — SUBREXIT ITAQUE DAVID, ET FUGIT IN ILLA DIE A FACIE SAUL, ET VENIT AD ACHIS REGEM GETH. Cùm jam ante se David à facie Saülis subduxisset, cur nunc dicitur fugisse à facie Saül? Respondo, quia sicut rex multas dicitur habere manus, quia ubicumque locorum ministros habet, quorum manibus ad omnia, quæ animo collibuerit, utitur pro suis: ita etiam ubique dicitur esse præsens, quia servorum ubicumque sunt oculi, qui oculi censentur esse regis, per quos ubique præsens est, quia per illos oculos, quos habet pro suis, omnia speculatur. De regum manibus, quæ totum regnum amplectuntur et cohibent, est illud Ovidii in epistola Helena:

Sic meus hinc vir abest, ut me custodiat absens:

An necis longas regibus esse manus?
Quòd autem reges multos habeant oculos, multas aures, ita ut quæcumque dicuntur ac sunt videant atque audiant, atque ideò nullibi non sint præsentis, probat ille loquendi modus, quòd qui exploratum mittuntur ab imperatore, oculi vocantur imperatoris; urbium præfecti, consiliarii et judices, oculi regis. Sanè apud Persas magistratus erant, qui dicebantur *oculi regis*. Vide Hasychium in voce *βασίλειος ὀφθαλμῶν*, et Suidam in voce *ὀφθαλμῶν βασιλέως*. Et alii qui dicebantur *ὀτακτοὶ*, sive *βασίλειος ὄτα*, id est, *regis aures*. Unde proverbium: *ὄτα καὶ ὀφθαλμοὶ βασιλέως πάλαι*, id est: *Regum multe sunt aures et oculi*. Jure igitur David, cùm egressus est è regno Saül, et ad alienum Palestinorum regnum commigravit, à Saülis facie fugisse dicitur, quia ubicumque foret in Israël regno, Saülis occurreret aures, oculi, manus, et omnino quedam Saülis torva et inimica facies.

ET VENIT AD ACHIS REGEM GETH. Hic Achis à multis existimatur esse binonius, et simul appellatus Achimelec. Quod ideò sibi persuadent, quia id non obscure indicat titulus psalorum arma omnia in illis appensa, persuasive militibus, hæc sibi deos sumpsisse, ut illis opem latere viderent. Cùm justum bellum geritur, fas est ad parandam defensionem ornamentis suis templa nudare. *Pro republicâ plerumque templa nudant*, ait Seneca.

Chaldaeus ita veritè: *Dixit: Gladius Goliath Philistæi... postquam quæsitit illi in ephod*. Hanc facultatem Davidi non permisit sacerdos, nisi consulto prius Domino. Equidem Doeg renuntiavit Saül, ut jam monuimus, summum sacerdotem consuluisse Dominum pro Davide. (Gaimet.)

Allegor Angelonius: « David, ait, Goliath gladium sustulit, quia et Christus Dominus diaboli arma abstulit. Fortis enim ipse spolia diripuit. » (Corn. à Lape.)

55, qui sic habet: *David, dum immutavit vultum suum coram Achimelech.* Quod statim v. 15, fecisse dicit coram Achis. Consilium autem sumpsit David temeritatis proorsus et audacia plenum, quod non nisi necessitas dira vendicare posset ab amentia, si humanæ tantam prudentiæ momenta consideres. Ingressus est in regionem illam, quam nullis antea incommodis attriverat, quam insigni nuper affecerat contumeliâ, cum ducenta Philistinorum præputa circumcidit, quæ dotis nomine Sauli numeravit. Neque ignotus esse poterat, quem gens illa tam feliciter ac sæpè non sine stupore dimicantem viderat. Adde, quod si apud Palestinos latere voluit, et ab illis aliquam inire gratiam, sicut ante fecit, at sibi maximè à Gethæis cavere debuit, quorum interfecerat principem et columnam; et ubi non deorant cognati et amici, qui illius mortem ulciscerentur avidè, et quam à Davidis manu ignominiam acceperant, in Davidis capite explendam putarent. Illud præterea non videtur sani esse consilii, gestasse ad Gethæos contribulis sui mortis insigne monumentum, et piii, ut ipsi crederent, irritamentum furoris. Cui enim ignotum esse poterat Goliath esse gladium, quem gestabat David, cum propter magnitudinem et formam, omnes sæpè cum admiratione essent contemplati? Et quis tam esset immemor aut amici nuper interempti, aut patriæ gloriæ, qui hostem vivere, aut abire pateretur incoolumem, quem suorum spoliis accinctum et ornatum viderent? Sanè ex hominum sensu Virgilius lib. 12 *Æneid.* hominem inducit naturâ pium, qui cum jam ad misericordiam fleteretur, et manum suspenderet ab inferendâ plagâ, tamen cum in hoste vidit Pallantis spoliolum, sic exarsit subito, ut omnem proorsus misericordiam exeret.

*Stetit acer in armis
Aeneas volvens oculos, dextramque repressit
Et jam jamque magis evanescant floctere sermo
Cæperat: infelix numero cum apparuit alto
Caperat: infelix numero cum apparuit alto
Pallantis pueri, victum quem vulnere Turmus
Straverat, atque humeris injunctum insigne gerabat.
Ille oculis postquam savi monumenta doloris
Exantibus hausit, furis incensus et ira
Terribilis: Tunc hinc spoliis indute moerum
Eripiare militi? Pallas te hoc vulnere, Pallas
Inmolat, et penam scelero ex sanguine cœmit.*

Abulensis excusare conatur Davidem, quod sanè facit piè, maximè si, quod explorabimus postea capite 25, per sacerdotem consuluit

Deum: sed aut non consuluit, quod est non improbabile, aut certè consultus Deus non respondit. Neque enim successus fuit ejusmodi, ut illius auctor Deus videri possit, maximè cum statim capite sequenti v. 5, Deus Davidem per prophetam Gad admonuerit, ut in terram Juda revertetur. Rationes Abulensis vide q. 25 et 24. Quæ de re nos capite sequenti pluribus. Ego unam esse putò necessitatem, quæ interdum homines plenum desperationis consilium amplecti cogit, et minorum hostium ambire præsidium; quod etiam in feris observamus. Fugit ad Achis, qui non tam illum, quam Saullem timebat, apud quem sperabat se aliquandiu latere posse; cujus maluit, si quid accideret adversum, perire manibus, quam regis Israel, sicut præcedenti capite dixerat v. 8, *Jonathæ: Tu me interfice, et ad patrem tuum ne introducas me.* Deinde occultare potuit gladium, ne quisquam Gethæorum agnosceret; et cum alia finitimæ nationes Sauli eo tempore non essent infensa, in quibus multos esse Israelitarum oportuit, quibus David ignotus esse non poterat, tutius esse putabat apud Palestinos potius quam apud alios commorari. Sic à necessario David ab insani consilii suspitione defenditur (1).

(1) VERS. 11. — *NEQUIUM NON ISTE EST DAVID REX TERRÆ?* Cui rex habitus in suâ regione. Designatio Davidis in regnum non satis fortassè comperta erat Philistæis; norant tamen post tot virtutis et prudentiæ specimina, si forte contingeret ut regnum è Saulis domo in aliam migraret, certè in Davidicum concessurum. Facile etiam Saulis reprobatio et electio Davidis sensim per regionem sese diffunderat, ac denique ad Philistæos transiverat. Fortè etiam hæc verba ipsa: *Nunquid non iste est David rex terræ?* innunt tantum Saullem nec regnum nec prælium gerere, nisi Davide ministro, quem proinde Davidem cum regem suum tota regio suspiceret. Sunt qui aliter exponant: *Nunquid non est rex terræ? urbis Geth, regionis Philistææ; cui ius est in hac regione, post relictam de Goliath victoriâ.* Verbis gigantes fidem suam obligaverant Philistæis, pugnam se victoris subituros. (Colinet.)

VERS. 12. — *POSSUIT AUTEM DAVID SERMONES ISTOS IN CORDE SVO.* Cogitans modum et rationem accusationem hanc refellendi, vel declinandam et evadendi tam presens vite periculum, unde tum oravit et composuit psalmum 55, in quo petit ab hostibus maleficis liberari, et paulo post dictavit psalmum 53; illius enim hic est titulus: *David, cum immutavit vultum suum coram Achimelech, et dimisit eum et abiit.* (1 Reg. 21.) Unde videtur David psalmum hunc dictasse non nullo accessu tunc et periculo, sed postquam ab Achis dimissus liber esset. Nam Deo pro liberatione gratias agens cœnit: *Benedicam Dominum in omni tempore.* David enim Goliath Gethæum multosque alios Ge-

VERS. 15. — *ET IMMUTAVIT OS SUUM CORAM EIS, ET COLLABEBATUR INTER MANUS EORUM (1).* Vix dum David pedem in urbem posuerat, cum cognitus fuit à Gethæis, qui optimè norant, quo

theos et Philistæos occiderat; unde eis erat odio ac terrori: Geth enim erat una ex quinque satrapis Philistinorum cuius satrapæ, sive rex, id est, regius, erat Achis. *Geth Hebr.* idem est quod Iocular, idque hic appositum est. David enim metu Saulis coactus fuit fugere ad Philistæos conjuratos Israelis et suos hostes; unde ibi quasi in torculari pavoris et angoris pressus fuit. Geth tempore S. Hieron. Diocæsarea dicebatur. Sita est juxta Gazam et Accaron. Ita Adrichom. (Corn. à Lap.)

David commença à craindre Achis roi de Geth. David fuyant et venant à Achis, y trouve un péril plus pressant que celui qu'il venait d'éviter. Il marque ainsi les divers événements dont la vie des véritables Chrétiens est traversée. Car il arrive souvent qu'ils ne sortent d'un mal que pour tomber dans un autre. Et Dieu les conduit de cette sorte, pour les empêcher de s'élever ou de se relâcher après quelque marque visible et éclatante qu'ils ont reçue, comme David, de sa protection et de son secours.

David se sauve de ce péril d'une manière bien particulière, étant réduit à contrefaire le fou. S. Augustin à marqué le mystère de cette folie apparente, qui était une figure de ce qui devait se voir ensuite avec tant de magnificence dans le véritable David, qui a sauvé le monde par la folie de la croix, et dont les Apôtres ont dit qu'ils ont paru des insensés aux sages du monde: *Nos stulti propter Christum.* Mais, sans entrer dans cette explication, nous remarquerons en un sens plus moral, que souvent les vrais Chrétiens n'ont point d'autre moyen de se sauver des pièges du démon, qu'en faisant des actions qui passent pour des folies dans l'esprit des gens du monde, qui diront un jour, en s'accusant eux-mêmes: *Vitam illorum sustinimus insipientiam; leur vie nous paraissait une folie.* C'est là la disposition où était saint Paulin, qui ayant prédit la pauvreté de Jésus-Christ à des richesses si grandes qu'un auteur du même temps les appelle des royaumes. *Paulini regna,* témoigne une sainte joie de ce que son véritable retour à Dieu l'avait exposé au mépris et aux railleries des sages du siècle. *Qu'on nous fasse passer pour des insensés, et parce que nous sommes résolus de vivre comme Jésus-Christ nous l'a ordonné, nous eussions ces insultes, et nous en faisons notre gloire. Que les hommes à la bonne heure ce nous traitent de fous, pourvu que Dieu nous e croie sages.*

*Errorem mentis credant sic vivere Christo
Ut Christus sanxit, juvat hoc, nec penitet hujus
Erroris: stultus diversa sequentibus esse
Nil moror, æterno mea dum sententia Regi
Sit sapiens.....*

(Sacy.)
(1) Alleg. Angelom.: « David, ait, id est, Christus, mutavit os suum, dum aliam legem, et aliud testamentum, alia præcepta et sacramenta quam fuerant legis veteris, in legem novam instituit, presertim Eucharistiam: mutavit enim ipse sacrificia bonum et tantorum

loco esset apud Hebræos, et quod de se à virginum choris epinicum audierit. Cùmque id secum obdurmurarent, neque ita obscure aut tacite, ut non illud audisset David, consilium

« in sacrificium eucharisticum corporis et sanguinis sui. » Ita et S. August. in titulo psal. 55, qui et addit: « Insanire Christus videbatur Judæis, dum diceret: *Nisi manducaveritis carnem meam, et biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis.* Unde dicebant: *Durus est hic sermo, et quis potest eum audire?* Joan. 6. »

ET COLLABEBATUR INTER MANUS EORUM. Allegor. Christus collapsus est in manibus Judæorum, quando ab eis crucifixus fuit. Ita Angel. Glos. a, et ex ea S. Thom. 2-2, q. 111, art. 1, ad 2. Sept. vertunt: *Delirabat, id est, delira faciebat, et delirum se fingebat in manibus suis;* ut David hic representet Christum, qui à Judæis habitus est ut delirus et dæmoniacus, ac ab Herode veste albi, quasi stultus, indutus est. Unde et S. Aug. in ps. 55, qui est de hæc re: « Psalmus, inquit, ostendit sanam et solariam ebrietatem. » Idem tamen ibidem vertit: « *Ferebatur in manibus suis,* » idque veritas Christo, qui in ultimâ cœnâ instituit Eucharistiam, eam gestans manibus suis portabat. « Ferebatur, ait S. Aug. Christus in manibus suis, quando comedens ipsam corpus suum: » ait: *Hoc est corpus meum.* Ferebat enim illud corpus in manibus suis. »

ET IMPINGERAT IN OSTIA PORTÆ. Allegor. S. August. idipsum de Christo crucifixo compans: « Affecit, inquit, id est, expressit, et miseratus est nos è supremis; et quoniam qui crucifigitur, in ligno extenditur; ut autem tem tympanum fiat, caro, id est, corium in ligno extenditur; dictum est: *Et tympanum miscebat,* id est, crucifigebatur, in ligno extendebatur. Affecit, id est, affectum in nos habebat, ut animam suam poneret pro ovis suis. Tympanizabat; quomodo? ad ostium civitatis. Ostium nobis est, quod aperitur ut credamus in Deum. Clauseramus et ostia contra Christum, et aperueramus diam bolo, contra vitam æternam; clausum cor habebimus, ille autem Dominus Deus noster, et quis clausum cor habebimus homines aduersus vitam æternam, nec poteramus videre corpus vultum vident angelis, cruce aperiebatur corda mortalium, hoc est, tympanizabat ad ostium civitatis. »

DEFLUENTIQUE SALIVÆ EJUS IN BARBAM. Allegor. id de Christo explicat S. August. in titulo psal. 55, in fine: « Quid, inquit, sunt? Salivæ enim currunt infantibus. Nonne erant tantum infantilia verba: *Manducate carnem meam, et biberite sanguinem meum?* sed ista infantilia verba tegebant virtutem ipsius. Virtus enim in barbâ intelligitur. Salivæ igitur decurrentes super barbam ejus, quod sunt, nisi verba infania virtutem ejus tegebant? Sic quoque Beda, Eucherius, Angelom. et Rabanus, qui more suo S. Augustinum sequuntur.

Quæres an David peccarit fingendo se stultum? Affirmant nonnulli: ratio est, quia, ut dicit S. Thom. 2-2, q. 111, art. 1, ad 2, fictio est mendacium non verbi, sed facti; menda-

subitò sumpsit, licet minus decorum, maximè tamen opportunum. Finxit enim se excidisse à mente; quod faciliè ex eo sibi persuadere poterunt hostes, quia non putabant hominem, qui tanto in loco ac gloriâ inter suos fuisset, venturum esse solum in eum locum quem multis sibi modis infensum reddiderat. Ergo quia illud consilium in illis rerum angustiis unicum videbat, omnia in seipso edidit amentiae atque furoris argumenta. Immutavit enim faciem suam, distorsit os, crebro atque multiplici conjectu vibravit oculos, spumas agebat in ore, et quod stupidus est ingenii, salivam inde-

cium autem est peccatum. Unde S. Thom. ibidem ad 2. Davidem non aliter excusat, quam quod fictio hæc fuerit figuralis; fuit enim figura Christi, qui cum esse Deus, alium se esse quasi simulavit, eum carnem nostram assumpsit, et in eâ toti labores et dolores ipsamque crucem subivit. Militas verisimè Abulens, et alii censent, Davidem non peccasse, tum quia videtur ad hoc motus à Deo; unde et paulò post recedens ab Achis, Dei instinctu composuit elegantem psalmum 55: *Benedicam Dominum in omni tempore*; tum quia David impingens in ostia, aliasque actiones deliras faciens, ipso facto non dicebat se esse stultum, sed se id duntaxat simulare ob instans periculum; hoc autem erat verum. Porrò sic simulare non est mendacium, sed silentium duntaxat veritatis, sive dissimulatio quâ quis alium quasi personam, alios gestus moreque induit iustâ de causa, ut tegat veritatem ad evadendum periculum. Sic Samuel finxit se ire ad immolandum in Bethleem, cum iret ad ungendum Davidem in regem, cap. 16, 2; sic Josue c. 8, 5, finxit se pavidum fugere cives Hai, ut eos ex urbe eliceret et mactaret. Sic Gedeon Judic. 7, 20, cum trecentis, compassione lagenarum et effulguratione lampadarum finxit se magnam habere militum numerum, ut Madianitas invenerunt consternerent. Item sensere et fecere gentiles. Unde Horatius lib. 4 Carm. Ode 12 ait:

Misce stultitiam consiliis brevem.
Dulce est desipere in loco.

Et Cato:

Insipientis esto, cum tempus postulat aut res,
Stultitiam simulare loco prudentia summa est.
Et Ausonius lib. 2 Distichorum. Sic Solon unus
e septem Græcorum sapientibus et Athenien-
sium legislator finxit se delirum, ut Athenien-
sibus persuaderet recuperare Salaminiam insu-
lato. Capitale enim erat eâ de re loqui. Ita
Plutarch. in Solone. Denique S. Simeon cognomen-
to *Salvis*, id est, stultus; S. Franciscus
(qui se nominabat fatuellum mundi) multique
alii sancti simulârunt se stultos, tum ad insi-
guentiam humilitatem, tum ut docerent honoris
mundique contemptum, ac mundi sapientiam
meram esse stultitiam. Unde S. Paulus 1 Co-
rinth. 4: *Nos*, inquit, *stulti propter Christum*.
Et nos ter S. Ignatius: *Sis, ait, mundo sciens,*
*ut sapias Domino; quia quod stultum est Dei, sa-
pientius est hominibus, 1 Cor. 1, 15.*
(Corn. à Lap.)

corè ac rusticæ ex labiis effluere sinebat. Hæc amentis hominis argumenta sunt. Addidit etiam alla; nam inter manus illorum, qui comprehensum illum ducebant ad Achis, collabebatur, quasi pedibus nesciret aut non posset incedere: aut certè labebatur mente, cum ea diceret in viâ quæ non nisi ab insanis et temulentis audiri solent. Ubi *Vulgatus collabebatur*, Hebraicè est יתהול *ithohel*. Quod non tam casus, qui est à corpore, quam qui est ab animo significat, ut exponunt interpretum non pauci. Et quidem הול *halal*, in *hithpael* hanc sæpè significationem habet. Sic exponit Chaldaeus, sic Septuaginta, qui legunt παραπέσο, quæ vox sæpè errorem indicat animi et mentis excessum delirantis. Sic exponunt translationes novæ, Tigurina et Pagnini, et antiqua Hispanica olim à Judæis ex Hebræo conversa.

ET IMPINGEBAT IN OSTIA PORTE. *Impingo* duo importat, alterum propriè, alterum figuratè. Figuratè est *cadere, collabi, offendere*, sicut faciunt, qui vertigine aut ebrietate laborant, aut qui cæci errant, et vacillante gressu, si quod se offendiculum objiciat, ridiculè labuntur. Propriè verò, ad lineas ducere, litteras formare, rerum imagines sen calamo, seu penicillo describere. In priori significatione videtur sumpsisse *Vulgatus* interpres, dum reddidit, *impingebat*. Nam hæc apud Latinos magis est nota atque usitata significatio; imò, ut arbitror, sola; neque enim video à *pingo* illud verbum componi, sed à *pango*. Et ita etiam existimârunt Septuaginta, qui reddiderunt *επιπτεν*, quod aliqui *cadebat*, alii *tympanisabat* converterunt. Et in his Augustinus in expositione Ps. 55. Cùmque *tympanizo* duo significet, et *pulsare portas manu*, aut *bacillo*, quemadmodum tympanum à tympanistâ verberatur; et *collidere, et percutere*, allisione videlicet capit-
tis, aut alterius partis corporis, utrumque amentis est: sed hoc posterius magis videtur ad textum Græcum, unde expressum est, et ad formam dicendi, quâ usus est *Vulgatus*, dum vertit: *In ostia portæ*. Hispanica translatio habet: *Tendio se sobre las puertas*. Textus Hebraicus habet *vaiythau*, à radice *tauah*; quæ *scribere*, aut *signare* significat. Et ita quidam è recentioribus transtulerunt. Et quidem id proprium est ejus qui à mente excidit, aut pingere, aut lineas ducere, sive in terrâ, sive in pariete; et manibus, quæ rarò sunt otiosæ, aliquod edere signum desipientis animi. Chaldaeus aliquid illum dicit incidisse aut notasse anguibus in portâ.

VERS. 14. — QUARE ADDUXISTIS EUM AD ME? Non fuit vana sapiens ista amentiae atque stuporis simulatio, quam Deus effectu carere no-
luit. Nam Achis graviter in illos indignatus est, qui furiosum et desipientem hominem adduxerunt, quasi dedecori fuerit regiae domui, in illam stolidum et insipientem hominem induci. Quare procul illum inde arceri jussit, illud ad imperium adjiciens, satis stultorum hominum esse in Palestinâ, neque stultos foris adscisci oportere. Explicationem moralem et allegoricam hujus Davidis insaniae simulatae, vide apud Augustinum in Psal. 55, qui scriptus videtur aut hoc tempore, aut ob hanc occasionem, cujus inscriptio est: *David cum immutavit vultum suum coram Abimelec, et dimisit eum, et abiit*. Hic porrò Abimelec Achis esse creditur, et Abimelec commune Gethæorum regum nomen existimatur. Psalmus item 55 de hoc ipso argumento videtur conscriptus, ut prælixus indicat titulus.

Antequam hinc emergo, duo observo, Magistrum Historiæ scholasticæ, cui Dionysius subscribit, existimare, inter alias timendi causas, quas habuit David, dum sensit se à Gethæis agnitum, illam fuisse gravem, quia Achis litteras acceperat à Saülè, ut sibi redderet fugitivum hominem, quem apud se retinebat. Quod mihi non omninò videtur verisimile.

CAPUT XXII.

1. Abiit ergo David inde, et fugit in speluncam Odollam. Quod cum audissent fratres ejus et omnis domus patris ejus, descendendum ad eum illuc.

2. Et convenerunt ad eum omnes qui erant in angustiâ constituti et oppressi aere alieno et amaro animo, et factus est eorum princeps; fueruntque cum eo quasi quadringenti viri.

3. Et profectus est David inde in Maspha quæ est Moab, et dixit ad regem Moab: Maneat, oro, pater meus et mater mea vobiscum, donec sciam quid faciat mihi Deus.

4. Et reliquit eos ante faciem regis Moab; manseruntque apud eum cunctis diebus quibus David fuit in præsidio.

5. Dixitque Gad propheta ad David: Noli manere in præsidio; proficiscere, et vade in terram Juda. Et profectus

Primum, quia inimicus erat Saülis Achis, atque ideò ab illo potius esset fugitivus à Saülis imperio receptus, quam Saülis rogatu ad propria remissus. Deinde, quia non prius cognovit, quò fugisset, aut ubi moraretur David, quam ad illum magna hominum multitudo conflavit ad desertum Haret: quod aliquot diebus accidit, ex quo se subduxit à Palestinâ.

Porrò stultitiam in tempore simulare, magna interdum prudentia est, quâ usus fuit quondam Ulysses, ne obire cogereetur durum Trojani belli, longumque negotium. Hæc usus Solon, ut quod sanus et prudens sine capitis periculo consequi non poterat, id in speciem stultus obtineret. Idem fecit Junius Brutus, qui ab stultitiâ simulatâ illustre Brutorum nomen in suam familiam primus induxit. Id denique in Evangelii tempore fecere quamplurimi, dum humanos declinare student honores, et magistratus, quos non minus horrent, quam alii crucem, et ignominiam (1).

(1) VERS. 15. — HICINE INGEREDIERET DOMUM MEAM? Furiosum inter domesticos recipiam? Familiare Achis gravissimè ferentes adventum Davidis, animum regis in illum sollicitant. Prævum eorum consilium intelligens David, insani personam ementitus est, ut manus regis et laqueos aulicorum vitaret. Improvisum morbum, qui Davidi acciderat, miratus Achis, cavere se plurimum dixit, ne talem hominem domi suæ reciperet. (Calmet.)

CHAPITRE XXII.

1. David sortit donc de Geth, et se retira dans la caverne d'Odollam, en pays de Juda. Ses frères et toute la maison de son père, l'ayant appris, vinrent l'y trouver.

2. Et tous ceux qui avaient de méchantes affaires, et ceux qui étaient ou accablés de dettes ou mécontents, s'assemblèrent auprès de lui; il devint leur chef, et il se trouva avec lui environ quatre cents hommes.

3. S'en alla de là à Maspha, qui est au pays de Moab, et dit au roi de Moab: Je vous prie de permettre que mon père et ma mère demeurent avec vous jusqu'à ce que je sache ce que Dieu ordonnera de moi.

4. Il les laissa auprès du roi de Moab, et ils y demeurèrent tout le temps que David fut dans cette forteresse.

5. Alors le prophète Gad dit à David: Ne restez point dans ce fort; sortez-en, et allez dans le pays de Juda. David partit donc de ce